Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31635
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

ad progressum dno cooperante promouit. Que ideo sin
gillatim distinguimus ut que a quibus susceperit ostendamus.
Abbatiam willinpurch que nunc mutato loco
et nomine reginstorf dicitur cum bonis ad se
pertinentibus a munificentia henrici comitis accep
tis priuilegiis regie auctoritatis sancte babenbergensi ecclesie sub
didit. Bona quoque eiusdem cenobii ipse duplicauit. nam
cum prius non nisi .lxii. mansos habuerit ipse numerum illum
mansis totidem amplificauit.
Abbatiam in castro madelbaldi sitam lotharius
imperator babenbergensi ecclesie donauit. quam idem episcopus tam edificiis
quam possessionibus seu aliis bonis pluribus ampliauit.
Abbatiam que monasterium dicitur cum ecclesia beati christi. et
aliis pertinentiis suis ipse pauirium auri et argenti
ingenti precio ab henrico duce bawarie et thebaldo
marchione comparauit. et regali priuilegio lotharii christia
nissimi imperatoris imperpetuum sancte babenbergensis ecclesie
collatam apostolico nichominus innocentii pape .ii. priuilegio
Abbatiam que clunica dicitur iuxta confirmauit
fluuium anisum ab liupaldo marchione accepit
cui ipse .xx. mansos. et .l. marcas addidit. cellam monachorum
in arnoldestein destructa munitione construxit. Quod
castrum .xl.v. annis babenbergensi ecclesie abalienatum cum
mansis nonaginta .v. multo labore recepit et eidem
loco alios .lx. mansos donauit.
Predium apud aspac babenbergensis ecclesia multo tem
pore amiserat. Quod ipse solerti cura requisiuit et cellam
monachorum ibidem instituens locum ipsum copiosa predi
Cellam rotaha a bagnere . . . orum donatione ditauit
palatina comitissa. a sorore ipsius cum .lx. men
sis ecclesie babenbergensi donatam suscepit cum iacentia
vero eidem ecclesie bona emit .cclxxv. marcis cum ministe
rialibus scilicet et agris. siluis. et pratis. et pascuis ac mole
dinis. et cum omni utilitate et iure quod dux chono ibidem
predium noscitur habuisse.
Cellam vellere gotepoldus comes edificare incho
auerat. quam postea ab eo babenbergensi ecclesie donatam
accepit et in usum ibidem degentium plurima ei bona
Omnibus namque monasteriis suis contulit.
predia usque quaque cum summo labore et ingen
ti precio acquisita congruis in locis distribuit. sicque deo
omnipotenti de suis bonis peruigili cura cottidiana
obsequia preparauit. Quantum uero eisdem ecclesiis ornamentis
contulerit in palliis scilicet stolis et casulis in calicibus
aureis et argenteis in crucibus in capsis in urceis in
ampullis in dorsalibus in tapetibus in libris utriusque tes

tamenti uariisque codicibus quis dinumeret. Quarum qui
dem rerum tam ingens copia est ut numerus estimatio
nem propemodum uideatur excedere. mirumque sit ab
homine uno tot locis tanta potuisse conferri.
Considerans autem quia monasteriorum suorum tunc
robustius structura consisteret si eam apostolice auc
toritatis columpna fulciret. nec facile posse hanc de
strui si uallata fuisset munimine beati Petri. ea sub ro
mane defensionis tutelam posuit et a sede apostolica
huiusmodi scripta suscepit.
Kalixtus episcopus seruus seruorum dei. uenerabili fratri Ot
toni babenbergensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem.
Bonis fratrum nostrorum studiis non solum fauere sed ad ea ipsorum
etiam debemus animos incitare. Tuis igitur karissime uenera
bilis frater otto babenbergensis episcope supplicationibus inclinati
monasteria sancti Iohannis baptiste in reginstorf. sancti Iohannis in
michelueld. sancti Iacobi in ensdorf. sancti Laurentii martyris in
wrowa. sancti Georgii in bruuunigen. que ipse propriis sumptibus
construxisti et babenbergensi ecclesie conferens apostolice sedis robo
rari munimine quesiuisti in beati Petri eiusque romane
ecclesie protectionem suscipimus contra prauorum hominum nequi
tiam defendenda. Statuimus igitur ut possessiones predia
et bona omnia que et fraternitas tua eisdem monasteriis di
uini amoris intuitu contulit. queque aliorum fidelium iusta
oblatione concessa sunt aut in futurum iuste legaliter ue ac
quiri uel offerri contigerit firma eis et illibata domino auc
tore permaneant. Ordinationes sane abbatum uel mo
nachorum suorum a katholicis episcopis diocesianis accipiant.
Rerum uero ipsorum monasteriorum curam et administratio
nem in tuo tuorumque successorum arbitrio et potestate manere
censemus. Nulli itaque hominum facultas sit eadem mo
nasteria perturbare. aut eorum possessiones auferre uel ab
latas retinere minuere uel temerariis fatigationibus
fatigare sed omnia integra conseruentur eorum pro quorum
sustentatione et gubernatione concessa sunt omnimodis
profutura. Si qua igitur ecclesiastica secularis ue persona hanc
nostre constitutionis paginam sciens contra eam teme
re uenire temptauerit secundo tertio ue commonita si non sa
tisfactione congrua emendauerit potestatis honorisque
sui dignitate careat. reamque se diuino iudicio exis
tere de perpetrata iniquitate cognoscat. et a sacratissimo
corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Iesu Christi
aliena fiat. atque in extremo examine districte ultioni
subiaceat. Cunctis autem eisdem monasteriis iusta ser
uantibus sit pax domini nostri Iesu Christi quatinus et hic fructum
bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia